BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 152r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dedit patres nostri de egypto usque in
presens tempus ferte sententiam
et in commune decernite quid facto opus
Egressi itaque XX sit.
sunt omnes filii isrl' et pa
riter congregati quasi vir unus
de dan usque bersabee et terra galaad
ad dominum in maspha. omnesque
anguli populorum et cuncte tribus isrl'
in ecclesiam populi dei convenerunt. cccc.
.m. peditum pugnatorum. nec latuit
filios beniamin quod ascendissent
filii isrl' in maspha. Interrogatusque
levita maritus mulieris interfecte.
quomodo tantum scelus perpetratum esset
Qui respondit. in gabaa beniamin
cum uxore mea illuc quo diverti. et
ecce homines civitatis illius circum
dederunt nocte domum in qua ma
nebam volentes me occidere et uxo
rem meam incredibili libidinis fu
rore vexantes denique mortua est. quam
arreptam in frusta concidi. misique
partes in omnes terminos possessionis
vestre quia numquam tantum nefas et tam grande
piaculum factum est in isrl'. Adestis
omnes filii isrl'. decernite quid fa
cere debeatis. Stansque omnis populus
quasi unius hominis sermone.
respondit. non recedemus in taberna
cula nostra nec suam quisque intrabit
domum. sed hoc contra gabaa in com
mune faciemus. Decem viri eligan
tur. e. c. ex omnibus tribubus isrl'. et
centum de mille. et mille de .x. mili
bus ut comportent exercitui cibaria. et
possimus pugnare contra gabaa.
beniamin. et reddere ei pro scelere
quod meruit. Conveneruntque universus
isrl' ad civitatem quasi unus homo
eadem mente uno que consilio. et mi
serunt nuntios ad omnem tribum
beniamin qui dicerent. Cur tantum
nefas in vobis repertum est. tradite
homines de gabaa. qui hoc flagiti
um perpetrarunt ut moriantur et au
feratur malum de isrl'. qui noluerunt
fratrum suorum filiorum isrl' au
dire mandata. sed ex cunctis urbibus
que sue sortis erant convenerunt in ga
baa. ut illis ferrent auxilium. et contra
universum isrl' populum dimicarent. In
ventique sunt. xxv. milia de beniamin
educentium gladium. preter habita
tores gabaa. qui septingenti erant
viri fortissimi. ita sinistra ut dextra
preliantes et sic fundis ad certum
iactantes lapides ut capillum pos
sent percutere et nequaquam in alteram
partem ictus lapidis deferretur. Viri
quoque isrl'. absque filiis beniamin in
venta sunt. iiii. c. milia educentium
gladium et paratorum ad pugnam
qui surgentes venerunt in domum dei
hoc est in silo. consuluerunt que eum et
dixerunt. quis erit in exercitu nostro
princeps certaminis. contra filios be
niamin. Quibus respondit dominus
Iudas sit dux vester. Statimque filii
isrl'. surgentes mane castra metati
sunt iuxta gabaa. et inde procedentes
ad pugnam contra beniamin urbem
oppugnare ceperunt. Egressique filii
beniamin de gabaa. et occiderunt de
filiis isrl' die illo. xxii. milia virorum
rursum filii isrl'. et fortitudine et nu
mero confidentes in eodem loco in
quo prius certaverant aciem direxe
runt. ita tamen ut prius ascende
rent et flerent coram domino usque